

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

Epistola X. Ad Henricum Comitem Palatinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

tiam prece quâ postulamus imploramus humili-
ter, ut fidei vestro benignè & efficaciter assi-
statis, ut pauperem vestrum ab angore suo mi-
sericorditer liberetis. In iustum namque vide-
tur, & improbum, ut quod vitam debuit fulci-
re temporalem, pauperi vestro detrimentum
vitæ pariat spiritualis. Opus Regium sicut mi-
sericordia coronat, sic iustitiae cultus pingit, or-
nat, & erigit.

Personam vestram, & datum vobis à Deo
hæredem, & Regni vestri statum conseruet &
muniat omnipotens Dominus. Liberare pau-
perem vestrum, & safinam quam dedistis, ve-
stra reddat & conseruet authoritas, usque ad
uentum vestrum.

EPISTOLA X.

Ad Henricum Comitem Palatinum.

*Petit Eleemosynam à Comite, pro Abbe Curia Dei,
Ord. Cisterc. qui novum exstruebat mo-
nasferium.*

Illustri Domino, Henrico Palatino Comiti,
F. Philippus de Eleemosyna salutem, & boni
Principis opus, ac præmium.

Liberalis animus Vniuersitatis est incunda
possessione, & fructus huins odora suauitas; ete-
niam, quos non reficit, afficit, & ad sui partici-
pium prouocat inexpertos. Hæc insignis pietas
se omnibus estimat natam, pariter omnibus in
omnibus se diuidit, & suavis benevolentia dif-
fundit ubique commercium: non quærentibus
occurrit, pullantibus aperit, reprimit impuden-
tes, veteribus hilarat, munera obsequentes.
Sicuti viuitur, Princeps egregiè, & in rali-
bus vita spiritus tui; nec discedit à generationi-
bus istis, insignis animi generosa benignitas.
Quam glorioius est illa dispersio, quam non

reuelat caro & sanguis, sed Pater noster quiet
in cœlis, qui temporale beneficium stipendis
munerat sempiternis, sicut de viro iusto dicitur;
dispersit, dedit pauperibus, Iustitia eius manet
in sæculum sæculi. Qui sic dispergit, con-
gregat in æternum, & gratiam sibi conciliat in
dies æt., & reuelationis iusti iudicii Dei cum
surrexerit Dominus percutere terram virgō otis
sui, & in gladio eius deuorabitur omnis caro.
Scimus quidem & compertum habemus, quia
plerumque ad iustitiam seminat tua daphnis
manus & magnifica, & myrram primam distil-
lant digitui, cum in uolum pauperum Christi
dona tua laudabili subuentione dispensas. Pa-
ras tibi lumen in die nubis, & caliginis, operi-
mentum in die tempestatis turbinis, salutare
confugim in die tubæ & clangoris, in quotibz
gaudium felicitatis optamus, & refrigerium
preciamur æternum. *Abbas de Curia Dei** habet
opus præ manibus Princeps egregiè, quod fa-
cultatis & opere eius supertat paruitatem. Pre-
sumptionis argui deberet eius incepio, nisi in
cælestis misericordie thesauro spes eius quis-
ceret, cum sit ei breuis substantia, & incepzi
qualitas expensas exigat ampliores. Fundamen-
ta monasterij noua iecit, angustiam loci, vetu-
statis iniuriam, ruinarum minas, & corruptio-
nis molestiam non ferens, cum prioribus funda-
mentis super ædificatio non posset aptari, &
augmentum familiae Dei non satis commodè
caperent angusta riguria. Et quoniam omnium
indigentium commune refugium est liberali-
tatis tua sinus egregius, rogamus per Chri-
stum, ut ad eum, ynde tam communis beneficia
stilli descendit, tuæ pietatis feratur irriguum.
Vale.

* *Curia Dei, Diœc. est Aurelianensis, Filiationū
Cisterciensis.*

EPI-